



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Constans Defensio, Ex S. Scriptvra, Et Vera Catholica
Doctrina, Atqve Observatione Vniuersalis Christianæ
Ecclesiæ Deliberationis de Christiana Reformatione**

Bucer, Martin

Genevae, 1613

De Eleuatione Sacram entorum 81

urn:nbn:de:hbz:466:1-34315

Responso. Dominus omnes, qui ex discipulis suis eò usque edocti & instructi erant, ut S. Cœnam salutariter percipere possent, ad sacrosanctum istud sacramentum assumpit: in quo fortasse ad numerum quoque, quem Agnus Paschalis requirebat, respexit.

Præterea constat S. Cœnam apud veteres in maiori parte Ecclesiariū festis tantummodo diebus, aliisque ad publicas supplicationes peculia-
Ad Ianua- rium Epi- stola n. 8. riter deputatis, celebrari solitam fuisse. Ad hæc, ut D. Augustinus testa- tur, hæc res liberæ obseruationis est, adeò ut in ea quævis Ecclesia ordi- nare, moderari, & instituere possit, quod populo suo ad ædificationem utilissimum esse agnoscit.

Atque vñiam S. Cœna saltē istis dieb. vera pietate ac deuotione mē- tis celebraretur. Certè nostri muneric & officij fuit, irreligiosam istam, contumeliosam, & damnatā S. Cœnæ tractationē, quæ tam horribiliter inualuit, quātum in nobis erat, amouere, nostrāmque conscientiā alienis peccatis non grauare, quēadmodum Aduersarij faciunt. Qui potius permittūt ut ij qui in manifestis & excōmunicationū meritis flagitiis contra conscientiā herēt, quotidie missas & faciant & audiāt, ad crudele & horrendū tam sui ipsorū, quām totius populi iudiciū, quā vel vnū aliquē abusum, quātūis manifestū, & apertū fateri & corrigerē velint. Dignetur Dōminus Deus Ecclesiā suā ab eiusmodi hostib. regni sui li- berare.

De Eleuatione.

C A P. LXXXI.

Rostremò meminerūt Eleuationis quoque Aduersarij, eāmque dicunt esse de ratione sacrificij, quam & ratio nominis missæ requirat. Adhæc vñitatam eam semper fuisse tam in Latinorum quam in Græcorum Ecclesia. Quantum ad sacrificium pertinet, senten- tiam suam postea se demonstraturos pollicentur: quō & nostram re- sponsum differemus.

Responso. Quando dicūt Eleuationē sacramenti tā in Græcorū, quā Latinorū Ecclesia vñitatā fuisse, cō inuō sibi i. sis cōtradicunt proprio suo testimonio à Grēcis sumpto, qui panē & calicē velatū solūmodo circū- ferunt, non autē eleuant, que consuerudo longo iā tēpore in Ecclesia Latinorū durauit. Verūtamen est, quod vulgaris Liturgia, quæ à Chrysostomo & Basilio adscribitur, Eleuationē pr̄escripsit, sed tantummodo panis consecrati, non item calicis. Sanctus Dionylius autem, qui omnes actiones sacerdotis in hoc officio propriè ac diligēter cōmemorat, oblationis & ostensionis sacramentorū meminit, nō autē eleuationis, neq. panis neq. calicis. Porrò quātū ad Latinas Ecclesias attinet, temerē satis & audacter ab Aduersarijs factū est, quōd affirmarūt, Eleuationem in eis semper vñitatā fuisse: cuius tamē ne minima quidē īdīcia proferre pos- sunt, sitq. manifestū, quod Ordo Carrthusianorū necdū eam usurpat vt alij, Cisterciensium verō iamprimum intra annos quinquaginta rece- perit, idq. hanc solam ob causam, vt ceteris se conformaret: non quod ita fieri necesse esset, vel ab antiquis hoc modo obseruatū fuisse.

Verūm

Verūm pro humanis ordinationibus perpetuō certant Aduersarij, diuinās verò negligunt, ac prætermittunt. Ordinatio diuina est Domini nostri Iesu Christi, vt in qualibet S. Cœna panis finul & Calix omnibus præsentibus distribuatur. Hanc longo iam tempore totam intercidere passi sunt, eásque doctrinas & ordinationes omnes quæ illam restituere cupiunt, manibus ac pedibus oppugnant: De Eleuatione verò, atque aliis id genus humanis figmentis acerrimè decertant.

Quæ certè meritò pretermittenda est, quò populus facilius ab inueterato ac scandaloso errore, ad quem eleuatio mirum in modum confert, auerti possit. Falsò enim persuasus est populus, quasi sacerdos Christum Dominum nostrum Patri offerat pro omnibus qui sacramenta tantummodo spectant, & extera corporis prostratione & adoratione venerentur, vel alioquin largitione ac donis missarum se participes reddant, quo in modo cuncte alioquin credant, vivant vel sacramenta percipient. Communiter omnes filij huius mundi quantumuis in omnia peccata & scelera profligati & immersi sint, quotidiè tamen ad missam confluunt, cùmque eleuatio sit, reuerenter in genua procumbunt & adorant: id quod frustrà certè non faciunt, sed propterea quod hoc faciendo gratiam & auxilium à Deo se consecuturos sperant, quamvis vera ac fideli pœnitentia peccatorum penitus vacui sint, & de vera ac Christiana emendatione nullo modo cogitent: taceo, quod verum usum sacramentorum ignorat, vel quicquā de eo folliciti sunt & inquirunt. Eiusmodi hominibus ad quid aliud Eleuatio vna cum tota missa conducere potest, quām ut eos in tali idololatrico cultu, superstitiosa ac falsa fiducia confirmet? Factum regis Ezechiæ, qui æneum serpentem, cum eo populus ad idolatriam abuteretur, demolitus est, præscriptum nobis est ad imitationem & exemplum. In Ecclesia Dei ad efficiacem fidei in Christū edificationem instituendi & exercenda sunt omnia: amouenda & evitanda, quæcunque ad finem promouendum nihil momenti habent.

Postrēd ad communē abusum missas sine cōmunicantibus faciendi defendendum, appendunt etiam illud Aduersarij, quod Græci nostro tempore in missis suis populo solummodo dent panem non consecratum, sacramenta vera soli Diaconi altaris cum sacerdote percipiant. Quare autem non potius etiam Liturgiam D. Chrysostomio adscriptam, & ab Erasmo Latinitate donatam, quām paulò ante de eleuatione allegarunt: in qua prescribitur, *Ut diaconus populum ad uniuersi sacramenti commandem inuitet?* Alias apud Græcos non minūs quām apud Latinos multi graues & abominandi abusus inualerunt, à quibus ad verum usum deflectere conuenit, præceptum ab ipso Domino: humanas verò obseruationes & consuetudines non vltierius adducere, quām quatenus cum verbo Dei consentiunt.

Hactenus de tribus his quæstionibus, Vtrum S. Cœna piè sine communicantibus celebrari possit, An plures quām vna Cœna in vna congregacione: ac deinceps vtrum reprehensibile sit, apud S. Cœnam comparere, sacramenta verò non percipere.